



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1546. usque ad annum 1549

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1770**

**VD18 90118529**

§. 84. Saxoniae Electoris progressus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66608](#)

Sæc. XVI.  
A.C. 1547.

§. LXXXIV.

*Saxoniæ Electoris progressus.*

*Sleidan. l. c.* Quamvis interea Saxoniæ Elector cæ-  
p. 653. ptam Lipsiæ obsidionem solvere,

a Cæfareis cogeretur, nihilominus Tur-  
ringiam, & Misniam suis armis subegit,  
ac Mauritio omnem Regionem, quam  
occupaverat, eripuit; quinimo inito  
pacto admodum commodo Magdebur-  
gicum Episcopatum sibi vendicavit, ac  
non sine animi sui lætitia percepit,  
quod Bohemi, quos Romanorum Rex  
in Mauritii opem submiserat, haud jussi  
domum redierint. Evidem Ferdinandus  
hosce fugitivos novis mandatis re-  
vocare studuit: ast Pragenses Regis jus-  
sa eludere intenti Senatum rogabant,  
ut Ferdinando exponerent, quod ipso-  
rum libertas læderetur, atque aliunde  
salva honestate arma capere haud pos-  
sent adversus Electorem, qui ejusdem  
Religionis societate ipsis junctus adver-  
sus Turcas olim eis suppetias tulisset.  
Ad hæc Ferdinandus respondit: *Elec-  
tori non Religionis caussa bellum infertur,  
sed ob rebellionem, id vero, quod de colla-  
tis in Turcam auxiliis dicunt, longe res a-  
liter habet: nam ille, missis internuntiis an-  
te menses aliquot, sollicitavit Turcam, ut  
Hungariæ atque Bohemiæ bellum ficeret,  
nec ampliores inducias largiretur, & quas*

pe-  
ag-  
V-  
nu-  
ad-  
ba-  
ti-  
er-  
B-

pepigisset, rescinderet, & ut commode res <sup>Sæcul. XVI.</sup>  
ageretur, ipse se non defutum spondet. <sup>A.C. 1547.</sup>

Verum omnes hæ rationes Bohemos  
nullatenus commovebant, minus vero  
ad mutandam animi sententiam induce-  
bant, quocirca Imperator, cum suppe-  
tias ferre a Mauritio impense rogaretur,  
eidem validas copias ductore Alberto  
Brandenburgico submisit.

## §. LXXXV.

*Archiepiscopi Colonensis caufsa tan-  
dem composita.*

Eodem tempore Archiepiscopi Colo- <sup>Sleid. p. 652.</sup>  
nensis caufsa ad felicem exitum  
fuit deducta; cum enim, ut supra me-  
minimus, summus Pontifex hunc Ele-  
ctorem anathemate perculsum omni sa-  
cra administratione privasset, necnon  
jus ad Archiepiscopatum in Adolphum  
Schauenburgum Comitem, quem sibi  
antea Archiepiscopus Coadjutorem se-  
legerat, transtulisset, hinc transmiso  
diplomate omnes hujus Regionis Ordi-  
nes admonuit, ut Adolphum tanquam  
Archiepiscopum reciperent, ac venera-  
rentur, quinimo pro hujus sententiæ  
executione ipsum quoque Cæsarem sol-  
licitavit: quapropter Carolus tot victo-  
riis de Protestantibus reportatis glorio-  
sus, Coloniam Legatum decrevit Phi-

*Hist. Eccles. Tom. XXXIX. N. lippum*